



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 66. Phœbi Navarræ Regis, & Regis Daniaë extrema

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A. C. 1481.

§. LXVI.

*Phæbi Navarrae Regis, & Regis
Danicæ extrema.*

*Belleforest.
l. 9. c. 143.*

Hoc item anno Franciscus Phœbus Navarrae Rex e vivis ereptus est suumque regnum forori suæ reliquit cum ipse nonnisi quindecim Mensibus sceptrum tenuisset. Ad eundem annum vel saltem ad sequentem Scriptores rejiciunt obitum Christierni Danicæ Regis qui trigesimo tertio regni sui anno die vigesima secunda Maji mortalitatem exiit. Princeps erat humanitate & clementiâ insignis, præcipue vero in pauperes adeo misericors atque profusus, ut sua eum liberalitas non raro ad indigentiam redegerit. Post ejus mortem Joannes illius filius natus major præter Daniam in Suecia & Norvegia hæreditario jure successit, Regis tamen titulum fratri reliquit, qui etiam postea Sueciam, quam interim Steno administrabat, suo adjunxit imperio: id tamen pluribus post annis factum legimus.

§. LXVII.

Mors Platinae Historici.

*Paul. Jov. in
elog. c. 19.*

Ad idem quoque tempus revocatur obitus Historici cujusdam, qui vulgo Platina dictus Padenæ seu Platinæ haud procul